



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Stavrologia Coloniensis

Gelenius, Aegidius

[Coloniae Agrippinae?], [ca. 1636]

XI. † Ad Gradvs B. M. Virginis.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-64564](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-64564)

in Ecclesia S. Seuerini , aliud in insigni
 Diui Andreæ Collegio , duo denique
 in S. Cuniberti Basilica, quorum alterū
 ex illis Dominici Ligni reliquiis , quas
 Dominicani Religiosi habent , à B. Al-
 berto Bauaro, cognomento Magno Ra-
 tisbonensi Episcopo resectum est , qui
 illud ipsum à B. Ludouico Rege Gallia-
 rum dono acceperat , veritate eius (vt *Veritas*
 traditur) experimento ignis probata. *Crucis*
Vnde B. Ludouicus acceperit, Schultin- *igne pro*
gius insinuat: Baldinus, inquiens, Impe- *batur.*
rator Dominicæ Crucis partem cum Spongia &
Lancea ferro Venetiis pignori obligat, quæ postea
Diuus Ludouicus potestate redimendi accepta,
in Regio sacello Lutetiae condidit, institutis ibi
sacrorum ministris. Ex Genebrardo lib. 4.
Chronographiæ, & Gagnæo lib. 7. &c.

XI. 

AD GRADVS B. M.

Virginis.

Eccllesia B. M. Virginis ad Gradus *Veritas*
Dominicæ Crucis Lignum habet , *Crucis*
quod quidem (vt refert Sacrarium A- *iudicio*
grippinense pag. 73.) per ignem tertio *gnis.*

B 3

à B.

à B. Anhone fuit examinatum. De eodem hæc in vita B. Annonis annis abhinc quingentis conscripta lib. i. cap. 30 asseruntur: *Quod cum Epistolis Legatos suos (S. Anno) ad Græciæ Regem direxerit, qui reuersi Dominici Ligni partem non modicam, aliaq[ue] Regalium donorum insignia, Rege transmittente, ipsi presentarunt.* Eiusdem ad 26. Octob. meminit Vluardus msc. Colonia auctus: *Septimo, inquiens, Kalendas Nouembris, Colonia in Ecclesia S. Mariae ad Gradus, festum aduentus S. Crucis Christi: quæ eadem ad illum diem Canisius in suo Martyrologio.*

XII. XIII.

B. ALBERTI MAGNI apud PP. Dominicanos.

*Veritas
Crucis
iudicio
ignis.*

In PP. Dominicanorum sacratissima Crucis Ecclesia similis S. Crucis particula custoditur, quam (vt dixi) dono S. Ludouici Regis Gallorum datam, beatissimus Ratisbonensis Episcopus Albertus Magnus è collo gestauit, postquam igne eius explorasset veritatem, vt testatur quoque Agrippinense Sacra-